



**R. P. Ferdinandi De Castro Palao, Legionensis Soc. Iesv,
Sacrae Theologiae Professoris, Et sanctae Inquisitionis
Qualificatoris & Consultoris; Operis Moralis, De Virtutibus,
Et Vitiis Contrariis, In ...**

De Iustitia Et Ivre, Continens Tractatus De Prudentia, Fortitudine, &
temperantia, de Ieiunio, & Iustitia generaliter sumpta, de Iustitia
commutativa, nempe de Pactis, & Contractibus in genere, de Promissione,
& Donatione liberali, de Commodato, & Deposito, de Mutuo, & Vjura, de
Emptione, & ...

**Castro Palao, Fernando de
Lugduni, 1669**

IX. Quo pacto hominis dominium alteri quaeri potest, & servitus personae
constitui.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76677](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76677)

Anton. Gomez. 1.7. var. resolut. cap. 2. num. 1. Molina. tract. 2. disp. 3. vers. secundus. Rebell. & Lessius. loc. cit.

Tertius est in legato. Si enim tibi etiam ignorantem res certa legata sit dominium illius comparas eo ipso quo haeres haereditatem adit, quinimo fictione iuris comparas dominium illius ad morte testatoris. constat ex leg. à Titio. ff. de furtis. leg. s. tibi homo §. feruus ff. de legatis 1 & tradunt. Couarruu. cap. Ray. nal. de testament. §. 1. num. 3. Anton. Gom. 1.1. var. resolut. cap. 12. num. 7. Mol. dicta. disp. 3. vers. tertius. Lessius. lib. 2. cap. 3. dub. 3. num. 16. Andreas Fachineus. lib. 12. controuers. cap. 68. Ratione huius domini competit tibi tum rei vindicatio, tum actio personalis, & hypothecaria aduersus haereditem, ut rem legatam concedat, aut si culpà ipsius perit soluat estimacionem. Vt colligitur ex leg. 1. Cod. communia de legatis, & tradit ibi Glossa. alique Doctores, quos referet, & sequitur Anton. Gomez. dicto. cap. 12. num. 8. Quod si adire noluerit haereditatem, esto actio personalis, aut hypothecaria tibi non competat aduersus haereditem, quia haec esse non potest absque haereditatis additione, quâ legatariis obligatur. argum. Textus, in §. haeres in fidei de obligationibus. & leg. apud Iulianum. §. fin. ff. de quibus causis in possessionem: attamen competit tibi actio dactia, siue condicio ex lege qua officium Iudicis implorare potes, ipsumque constringere, ut rem legatam tibi concedat; cui actioni accedit hypothecaria actio in bona defuncti. Vt rectè adierit Anton. Gomez. dicto cap. 12. num. 8. & fauet lex regia. 1. tit. de los testamentos. lib. 5. ordinar. Notanter dixi, si res certa, nam legati incerti in individuo tamen certum sit in specie Vt si tibi legatur equus, feruus, triticum, pecunia, illius dominium non comparas, quia rei incertae comparari nequit, & consequenter nequis habere actionem rei vindicacione Colligitur ex d. leg. 1. Cod. communia de legatis, & ibi Bart. Habes tamen actionem personalem aduersus haereditem si haereditatem adierit; sin minus actionem personalem dactiam, seu conditionem ex lege, & officium Iudicis, ut dictum est. Semper tamen hypothecaria actio tibi competit, quâ possis ex bonis defuncti querere legati solutionem sicuti docuerunt Anton. Gomez & Mol. loc. cit.

Quartus fauore causâ pie, si ciuitatibus, Ecclesiis, Monasteriis, Hospitalibus, aliisque piis locis, vel in redemptionem captiuorum aliqua haereditas, legatum aut fideicommissum relictum sit, donatum, vel venditum eo ipso ab ipso abque traditione trans. Ferr. de sacrosanctis Ecclesiis. Molina, Lessius, Rebell. loc. cit.

Quintus, contractâ inter duos omnium bonorum societate, dominium, imò, & possessio omnium rerum, quâ tempore contractus possident absque vlla alia traditione communicatur. Vt deciditur. leg. 2. §. ubi ff. de socio, & ibi Glossa, & Doctores. Et idem est de his bonis quæ post contractam societatem nomine communi acquiruntur. Nam eorum quæ singuli nomine proprio acquirunt dominium non communicatur alteri socio, tamen inter eos ea bona diuidenda sunt. Vt probat Textus in leg. si quis societatem ff. de socio, & pluribus exornat Couarruu. lib. 3. var. resolut. cap. 9. num. 1. & 2.

Sextus in contractu mutui videtur transferri dominium absque traditione ex leg. singularia ff. Si certum petatur. & tradit Andreas Fachineus. lib. 11. controuers. cap. 44. Et ratio est, quia natura mutui exigat, ut id quod meum est tuum sit. leg. 2. §. mutuum. & §. appellata ff. Si certum petatur.

Septimus si tibi doneatur aliquid ea lege, & conditione, ut donatori alimenta præbeas, tu verò conditioni non satisfacias amittis rei donata dominium, & ad donatorem regressus absque vlla traditione. Vt habetur. leg. 1. Cod. de donation. qua sub modo. Fictione namque iuris, non censetur translatum dominium, nisi dum alimenta donatori subministras. Sic Molina. disp. 3. vers. 4. Lessius lib. 2. cap. 3. dub. 3. n. 16. Rebell. lib. 1. de obligat. in fin. q. 8. sect. 4. n. 18.

Octauus si tibi doneatur domus, fundus ea lege, ut post certum tempus alicui deeniat; censent plures quos referunt Couarruu. Mol. & alij locis citandi: tertium illum abque vlla fidei commissi apprehensione dominium comparatum tempore designato adueniente, argum. ex quoties. Cod. de donation. qua sub modo. & fauet lex. 7. tit. 4. part. 1. Sed merito huiusmodi casum reprobat Anton. Gomez. leg. 40. Taurin. 2. §. & 26. Couarruu. lib. 1. var. resolut. cap. 14. n. 1. Mol. tract. 2. disp. 3. circa finem & disp. 2. §. post initium. quia ex dicta leg. quoties colligi non potest dominium illi tertio quaesitum, sed sola actio personalis aduersus donatariam, & illius haeredes. Fateor tamen in regno Castellæ huiusmodi, casum admittendum esse ob dictam leg. 7. quam citat Couarruu. & Anton. Gomez. reducere conentur ad terminos iuris communis nequaquam assequuntur, cum verba legis in contrarium manifestissima sint. Vt rectè expendit Mol. lib. 3. de primogeniis. cap. 12. in prin. Mol. Ieluita. loc. cit.

Nonus: in maioribus Hispaniæ mortuo possessore maioratus statim absque vlla rei apprehensione transit dominium, & possessio bonorum maioratus in successorem, tamen si viuent prior possessore maioratus vel illo mortuo alius possessionem usurpa-

Ferr. de Castro de Inst. & Iur.

uerit. Vt habetur. leg. 45. Tauri, quæ hodiè est lex 8. tit. 7. lib. noua compilat. & pluribus comprobatur Anton. Gomez dicta leg. 45. Couarruu 3. var. resolut. cap. 5. n. 6. Molina. lib. 3. de primogeniis cap. 11. initio. & cap. 13.

PUNCTVM IX.

Quo pacto hominis dominium alteri quaeri potest, & seruitus persona constituit?

- 1 Triplex seruitus distinguitur, & explicatur.
- 2 Legalis seruitus licita est.
- 3 Explicatur qualiter belli titulo hac seruitus introducatur?
- 4 Qualiter ex delicto?
- 5 Qualiter emptione, & venditione?
- 6 Quo i. actio parentes distrabere possint filios, & in seruitutem redegerit?
- 7 Redemptos ab imminenti morte se posse in perpetuam seruitutem redigere oblatio precio affirmat Molina.
- 8 Verus est oppositum.
- 9 Soluitur fundamentum contrariae sententiae.
- 10 Qualiter naturae seruitus introducatur?
- 11 Nullus alius superius titulus seruitutem introducendi.

Triplex persona seruitutem Doctores distinguunt: alia est naturalis, quâ hebetior, imbecillior, & ignobilior doctor, robustior, & nobilior subiicitur regendus, & gubernandus in sui utilitatem: de qua lata, & impropria seruitute Philosoph. 1. Politicor. cap. 3. & 4. Alia cuius is & legalis, quâ personæ Dominus in eorum commodum subiicitur pro vrbibus obsequatur. Vt docuit ibidem Philosophus. Tertia est conducticia, quâ conducuntur ad functiones aliquas exhibendas. Prima seruitus nec ius, nec dominium in personam eiusus actiones concedit. Non enim ex iustitia ignobiliores, & rudiores sapientioribus, & nobilioribus obsequi obligantur, sed solum ex quadam æquitate, & honestate. Tertia verò seruitus quæ famulorum est, esto dominium in personam non concedat, concedit tamen ius ad operas, & functiones exhibendas iuxta conductiõnis contractum. Sola ergo legalis, & ciuilis seruitus ius, & dominium in personam concedit, ut tam ipse quam quicquid ipsius est Domini sit.

Hanc autem legale seruitutem (de qua in presententi est sermo) licitam esse fide tenendum est, constat enim ex pluribus locis Scripturæ, Genit. 25. & 29. 1. ad Timoth. 6. 1. Corinth. 7. ad Colossens. 3. & 1. Pet. 2. & alij. & ex cap. si quis seruum. 17. quest. 4. & ex toto tit. de conu. g. seruatorum. Neque enim alienum à ratione est, ut vnus homo qui vita priuari poterat subiciatur alteri obsequaturus. Nam esto natura omnes liberos fecerit, iure gentium seruituti addici potest. Neque inde fit natura statuta mutari: Non enim statuit natura, ut homo in puocunque, statu rerum liber existeret, sed solum statuit spectatâ humanâ naturâ liberum esse, quod non tollit quin spectatis conditionibus, & circumstantiis extrinsecis seruus fiat.

Quadruplici titulo hac seruitus introduci potest. Primo bello Secundo crimine. Tertio venditione. Quarto naturate. Quoad primum titulum iure gentium capti in bello iusto serui sunt. leg. Hostis. ff. de Captiuis. §. remouet ab hosti in iustis. de rerum diuisione. Cum enim possent vita, & bonis omnibus priuari, quid mirum si libertate priuentur, & victorum obsequio addicantur? hac enim libertatis priuatio commiseratio est, ut potè quæ loco mortis irrogande succedit. Et licet infantes, & innocentes illius Reipublicæ victæ nullatenus interfici liceat, possunt tamen in seruitutem sicuti alij nocentes redigi, partim ut eorum seruitute Reipublica cuius ipsi sunt partes puniatur, partim quia eorum libertas inter bona externa Reipublicæ computatur, quibus Reipublica victa à victoribus priuari potest. Notanter dixi in bello iusto: nam capti in bello iniusto cum iniq̃ue capiuntur, iniquè etiam seruituti addicuntur. Quod si dacia sit vitiumque iustitia belli, existimat Couarruu. in reg. peccatum. 2. p. §. 11. n. 6. Lessius lib. 2. cap. 5. dub. 4. n. 12. victos fieri seruos posse. Sed verius existimo solos eos qui bellu aggressiuum gererent posse in seruitutem redigi, ut potè qui iniuste debellatur. Non enim bellum iudici potest nisi de legitima causa moraliter constet. Alij verò qui de defendunt cum nullum in ea defensione peccatum committant nequeunt seruituti subici. Vide que de bello diximus. tract. 6. de charit. disp. 5. speciatim. punct. 4.

Secundus titulus seruitutis est delictum, non quia aliquid sit cui hac pena iure ipso annectatur, sed quia propter ipsum à Iudice imponi potest. Debet autem delictum ita graue esse, ut prudentis arbitrio hac pena dignum sit, quale censetur esse deserere arma Saracenis, & in eorum nauibus regimen exercere. cap. ita quorundam de Iudicis, & Saracenis. Contrahere matrimonium cum initiato Ordinibus sacris cap. eos qui 32. dist. Ob quam causam non solum ipse fecerit, sed etiam filij inde concepti subici seruituti possunt. cap. cum multo. 1. §. quest. 8. committere raptum, e. de raptibus. 36. q. 1. Libertum se ingratum ostendere ei qui illum manumiserit. §. Maxima. in fin. de captis dimittit.

D 2

diminus. & leg. si manus missas. Cod. de libertis. & eorum liberis: & generaliter quoties delictum poenam mortis, vel mutilationis meretur, poterit perpetua servitute puniri, quia leuior poena est. Vti colligitur. ex §. servit. instit. de iure personarum.

5 Tertius titulus est emptio, & venditio. Et quidem spectato iure naturae quilibet se vendere in servum potest, si rationabilis causa intercedat. Nam cum sit iure libertatis dominus potest illius dominium in alterum transferre: colligiturque ex illo Exodi. 21. & Deuteronom. 15. ubi servus cui libertas donanda erat voluntarie amplectitur servitutem. Si autem quis suae libertatis prodigus esset, eam absque rationabili causa vendens, vel donans, non est dubium grauius peccatum, quam si diuitias famam, & honorem prodigeret, utpote quae iis omnibus dignior sit.

Verum spectato iure caesareo illis in locis, & comparatione eorum, qui huc iuri subiunguntur aliquot conditiones exiguntur: ut licita, & valida sit, nimirum ut is qui in servum venditur sit maior viginti annis; & sciat se esse liberum, non per se ipsum, sed per alium se vendat ea tamen intentione, ut de pretio de facto particeps, ipsaque venditor conficiat sit libertatis, ut emptor credat non liberum, sed servum sibi vendi. Qualiter autem ex his conditionibus deficiente irrita est venditio, dummodo (ut dixi) facta sit a personis iuri caesareo subiectis, & in loco ubi ius caesareum viget. Secus si in loco alio, vel a personis praedicto iuri non subiectis venditio celebratur. Vti colligitur. ex leg. Non idcirco. leg. si ministerium. Cod. de liberali causa. leg. de servorum. leg. homo liber. ff. de statu hominum. leg. 1. c. 4. ff. quibus ad libertatem proclamare non liceat. §. penult. instit. de statu hominum. & tradunt Doctores Glossa ibi Syluest. servitus. quest. 3. & ibi Angelus, Molina Iesuita, tract. 2. disp. 13. vers. tertius titulus. Lessius lib. 2. cap. 5. dub. 4. n. 5. Rebell. de obliga. instit. lib. 1. quest. 9. n. 9. & segg. & alij ubi advertunt non teneri Dominum servo hac via constituto libertatem donare, tamen pretium datum offeratur.

6 Qualiter autem parentes distrabere possunt filios, & in servitutem redigere: appositam distinctione iuris naturalis, & caesarei explicandum est. Si enim ius naturale spectemus affirmant Molina tract. 2. disp. 33. vers. sciendum est. Lessius lib. 2. cap. 5. dub. 5. num. 17. Ob quamcumque grauem necessitatem posse tam patrem, quam matrem filios vendere, & servituti subicere; nam cum filij sint fructus parentum, ab eisque vitam acceperint, possunt eorum vita uti, & huius, sicuti ipsi filij: at filij se possunt in servos vendere; ergo id ipsum parentes poterunt. Colligitur ex illo Exodi 21. num. 7. ubi si quis vendiderit filium suum in famulum. Ceterum verius existimo non posse parentes ob ullam necessitatem filios distrabere in servos proprie dictos, sed tantum in famulos. Vti docuit Rebell. de obliga. instit. lib. 1. q. 9. in fine. non enim possunt parentes alteri concedere plus potestatis in filios quam ipsi habent iuxta. reg. 8. de Regul. iuris in 6. At ipsi non habent potestatem dominij, sed iurisdictionis bonum filiorum non suum spectantem. Ergo non possunt potestatem dominij in alterum transferre.

At spectato iure Caesareo (quod solum in terris impetij, & quoad personas ei iuri subiectas vim habet) soli patri non matri conceditur potestas filium sub eius potestate existentem distrabendi, & in servitutem redigendi causa famis urgentis: habetur. leg. 2. Cod. de paribus qui filios suos distraxerunt. & leg. regia 8. tit. 17. part. 4. ea tamen conditione filius distrahitur, ut si emptori iustum, vel aliud mancipium aequale offeratur, reddere filium obligetur; vti in supra dicta. leg. 2. notatur, ipsaque pater si ad pinguorem fortunam devenit filium sine venditio tenetur redimere: ut pluribus relatis advertit Covarruv. lib. 3. variar. cap. 14. num. 4. Mol. tract. de iustit. disp. 33. vers. sciendum. Notatur dicitur filium sub eius potestate: nam a patria potestate egressum nequit parens distrabere, eaque de causa haec potestas matri non conceditur, quia sub eius potestate non est filius. Vt notat Glossa dicta. leg. 2. Arias Pinel ad Rub. Cod. de bonis maternis. 2. p. n. 23. Molina Rebell. & Lessius locis citatis. Quinimo filium coniugatum, vel Ordinibus sacris initiatum esto iure communi ob coniugium, & Ordines non eximatur a patria potestate nequit parens vendere, nec cedat ea venditio in detrimentum vxoris, & in dedecus sacrorum Ordinum. Vt bene docuerunt Covarruv. & Molina supra. Dixi etiam causa famis urgentis, nam dicta lex 2. tantum hanc causam expressit. Et licet Arias Pinellus ad Rub. Cod. de bonis maternis. 2. p. numer. 27. Molina, & Rebell. locis citatis. Ob identitatem rationis iudicent extendendam esse dispositionem dictae legis. 2. ad casum in quo aequalis, vel maior necessitas patri eveniret, vti si esset in servitutem redigendus, vel occidendus, aut mutilandus, nisi filium venderet; quia verisimile est, si legillatori praedicti casus occurrissent eos fore expressurum. Mihi tamen probabilius apparet praedictam dispositionem extendendam non esse, quod docuit Glossa dicta. leg. 2. Covarruv. lib. 3. variar. cap. 14. num. 4. Lessius lib. 2. cap. 5. dubit. 4. n. 20. Quia haec lex esto fauorabilis sit parentibus, praedictarum tamen filiorum libertati, & iuris naturalis dispositionem corrigi: ergo non est extendenda, sed potius restringenda.

Superest dicendum de his quos pretio oblato à morte, vel mutilatione imminente redimeres, an possis eos servituti perpetuae subicere? Respondet Molina. dicta disp. 33. vers. caeterum recte posse, si iuste morti, vel mutilatione essent damnati, quia pietatem in hos miseros exerceat permittens mortem, & mutilationem quae grauiora sunt mala pro servitute quod minus malum est. Quod si iniuste essent interficiendi, & mutilandi, & posses eos absque pretij solutione à tanto malo eripere lege charitatis obligaris es. Quia etiam lege obligaris si hoc officium pietatis exequi potes mutatione pretij non libertatis emptione, quia defensio proximi praestanda est cum eius risu in actura quoad fieri possit, & in his omnibus conveniunt.

At si pretium miseris illis dari non possit minimum eo quod non habeant, neque sperant habere bona, unde solvantur: eximandum est, an spectato communi valore rerum illius regionis attingat valorem perpetuae servitutis, vel non? Si non attingat nefas est (inquit Molina loco citato) eos in perpetuum servitutem redigere, sed ad summum in eam servitutem temporalem, quae pretio exhibitio adaequetur; quia solum tenetur tot obsequia nisi exhibere quanti pretium datum aestimatur. At si obtinuerit pretium perpetuae servitutis valorem attingit affirmat idem Molina cum Nauarro in man. cap. 23. num. 95. Sic emptos perpetuae servitutis esse subiectos. Dicitur, quia non videtur obligatus pretium donare absolute in ea necessitate constitutus, sed sub obligatione, & pacto ut tot obsequia praestent quanti pretium aestimatur. Cum ergo pretium perpetuae servitutis adaequet concedi poterit sub conditione perpetuae servitutis. Aliis parentibus famae pressis non liceret filios vendere, neque ab ipsis emere. Contra leg. 2. Cod. de paribus qui filios suos distraxerunt, si necessitatem extremam patientibus illis esset gratis succurrendum. Praeterea obligatio danti elemosynam solum ex charitate viget non ex iustitia. Ergo obligaris praedictos miseris, ut servitus se astringunt pro pretio dato esto peccata contra charitatem, iustitiae leges non violas, comparas ergo illorum dominium.

Ceterum est praedicta sententia probabilis sit probabilior existimo quae asserit fidei pretium in se spectatum perpetuae servitutis adaequet, siue non, non posse ob ipsum exhibendum praedictos miseris aliunde bona, neque illorum spem habentes in servitutem redigi, sed gratis esse illud pretium concedendum. Moveret quia patientem extremam necessitatem teneris illi donare ea bona, quae ad illius remedium necessaria fuerint, quia in diuisione rerum iure gentium introducta, casus extremae necessitatis exceptus est. Vt testatur Layman. lib. 3. tract. 1. cap. 5. num. 6. vers. verumtamen, & sub eo ceteris singulis applicata sunt bona, ut proximo extreme indigenti concedantur. Iniusus ergo est si ob pretium alteri debitum ab eo libertatem eripias. Quod si dicas non esse censendum donationem pretij extreme indigere qui suo labore, & industria compensare pretium poterit. Respondeo si compensare poterit labore statum suum minime dedecet verum esse: scus vero si labor ille suum statum dedecat, utpote dedecat ingenuum laborem qualitate servituti affecti.

Hinc solum est fundamentum oppositae sententiae. Concedo namque te non esse obligatum pretium gratis donare in eo periculo constitutus, sed posse pro ipso obsequia ab illo erigere pretio adaequantia, modo tamen ipsa obsequia non dedecet eorum statum: at cum legalis servitus, & obsequia ex servitute nata ingenuum dedecet, ne quis pretium sub obligatione servitutis, & obsequiorum servitium concedere, neque ipsi obligantur eam servitutem sustinere, ut ab eo periculo eruantur, aliis obligarentur grauem sustinere necessitatem, ut certam eueniret. Idem dicendum est de filiis venditis & in servitutem redactis ob parentum necessitatem. Si enim parentes extreme indigebent, neque haberent aliunde bona, quibus pretium in suae necessitatis remedium exhibitum compensare possent, nequaquam posses eorum filios in servos emere sed gratis deberes pretium concedere. At parentibus non extreme, sed grauius indigebat pretio, quinimo nec ipso absolute indigentibus, cum bona habeant unde compensent permissum filiorum venditio, & tibi emptio, quia eo euentu non teneris maxime si superflua non habeas pretium donare, sed poteris tradere sub obligatione servitutis. Ad vltimum respondeo extreme indigentem non solum, titulo charitatis, sed iustitiae debitum esse quoad subleuanda eius necessitati opus fuerit, quia sub ea conditione dominium iure gentium diuifum est.

Quartus titulus, quo servitus introduci potest ex naturae filius enim ancillae esto patrem habeat liberum servus est, quia partus sequitur ventrem. leg. partem Cod. de rei vindicatio. §. instit. de iure personarum. §. sed & si quis instit. de ingenuis cap. unico de natis ex libero ventre. cap. 1. de seruis non ordinandis. & indicauit Apollon. ad Galat. 4. dicens. Agar Abrahama ancillam in servitutem generasse. Ratio autem quare iure statutum sit, & ut filius potius conditionem matris, quam patris sequatur, ea praecipua est, quia mater occasione filij, periculo moriendi in partu exponitur, & à Domini obsequio liberabitur: merito ergo compensari hoc damnum debet filij servitute. Ob fauorem autem libertatis statutum est. §. sed & si quis instit.

instit. de ingenuis, vt si mater tempore conceptionis, vel par- tus, vel intermedio tempore libera fit, proles inde nata libertatem assequatur: cui libertati seruitus matris postea contingens non preiudicat.

Ex his titulis inferre debes qualiter emptio Aethiopum, Brasiliensium, Iaponiorum, & Syonarum, aliorumque similibus licita, vel illicita sit. Et enim nullus in seruitutem redigi potest nisi bello iusto captus, vel alicuius grauis criminis reus, vel ob remedium famis, alteriusve necessitatis voluntarie venditus, aut ex ancilla natus sit; qui tituli in communi horum emptione raro intercedunt, ideoque raro seruituti licite subiciuntur. Vt late expendit Mol. tract. 2. de iustit. disp. 34. & 35. Rebell. de obligat. iustit. lib. 1. q. 10. per totam. Nihilominus qui a mercatoribus Hispanis secundo emunt seruos Aethiopes Brasilienses, & Angolanos praesumere possunt priorem emptione licitam fuisse, & priores emptores diuiter examinalle titulum seruitutis, quae tamen praesumptio Iaponis, & Synis intercedere nequit, cum inter ipsos nulla seruitus introducta sit, ideoque pro horum licita, & valida emptione titulus manifestus esse debet. Vt praedicti Doctores aduertunt.

PUNCTVM X.

Quae potestas Dominis in seruos concedenda sit, & an ipsi permittum sit a Domino fugere?

- 1 Non potest Dominus seruos occidere, aut mutilare, nec impeditur coniugium.
2 Ad quae potestas Domini in seruos extendatur?
3 Si Dominus potestate abutatur possunt serui officium iudicis implorare.
4 Quid de potestate fugiendi. Remissio respondetur.

Amens antiquitus fuerit permittum Dominis seruos punire vsque ad interfectionem merito hoc ius correctum est Ab Antonio, & Iuliano Imperatoribus. ff. de iust. de his qui sunt sui vel alieni iuru: ita vt occidens, aut mutilans proprium seruum eadem poena plectatur ac si alienum occidisset, vel mutilasset. leg. 1. ff. de his qui sunt sui, vel alieni iuru.

Neque item potest Dominus impedire seruos coniugium, illiusque moderatum usum. Vt tract. de matr. diximus: & tradit D. Thom. communiter receptus. 2. q. 104. art. 4. quoniam nec potest impedire, quin alia Sacramenta penitentiae, & Eucharistiae frequentent, prout prudentis arbitrio saluti spirituali eorum expedire visum fuerit: esset enim iniqua seruitus, quae seruos his bonis priuaret, & iacturam animae permitteret. Vt bene docuit D. Antonin. 3. p. tit. 3. cap. 6. §. 7. Rebell. lib. 1. de oblig. iustit. q. 11. sect. 1. m. 5.

Quocirca potestas Domini in seruos extenditur tum ad conseruata, & rationabilia obsequia ab eis exigenda. Tum ad corrigendum, & moderatè puniendum eorum delicta. Priorem partem proba. Nam serui in utilitate, & commodum sui Domini destinati sunt, ac proinde praecipui possunt laborare, & operas suas impendere in Domini commodum, operas inquam conseruatas, & rationabiles. Neque enim cogi possunt periculum vitae subire, laborare in tremibus, aliudque simile munus praestare, quia haec non sunt actiones, quae seruis communiter imperantur. Vt notauit Rebell. lib. 1. de oblig. q. 11. sect. 1. num. 2. Secundam partem scilicet posse Dominum corrigere seruos, & punire eorum delicta probat praxis, & consuetudo recepta, exigique debita seruorum subiectio, & domini potestas. Debet autem punitio esse moderata, spectata delicti, & seruorum qualitate. Communes punitiones seruorum sunt vno, vel altero die ad ieiunium cogere, cibum solio austeriore concedere, aliquo, vel aliquot diebus recludere, compedibus alligare, verberibus moderatis afficere: raro tamen sanguine ardenti impingere. Quod si seruorum excessus grauius supplicium exigit, adiri debet potestas publica, nam ipsi tantum permittitur atrocem pro delictis poenam infligere. iuxta leg. vnicam. §. vlt. Cod. de emendat. propinquor. & leg. 4. Cod. de patria potest.

Verum si Dominus potestate abutatur durus seruos tractans, & rigidus puniens quam par est, possunt serui officium Iudicis implorare, & apud ipsum conseruari de iniuria sibi facta, & Iudex ex officio teneat procedere, & veritatem inuestigare. Quis cognita si excessus grauis sit, punire Dominum debet, & seruum alteri vendere: quoniam excessus iniuria tantus esse potest, vt sola libertatis concessione videatur recompensandus. Vt colligitur. ex §. vlt. instit. de iis qui sunt sui, vel alieni iuru. & leg. 1. §. seruos & §. quod autem ff. de officio praefecti vrbis. Quod efficacius procedit, cum Dominus seruum ad peccandum compellit. Vt in dicta leg. 1. notatur. & leg. si lenones Cod. de Episcop. audientia.

Quod attinet ad potestatem fugiendi tract. 6. de charit. disp. 5. punct. 4. num. 1. ita tamen seruum bello capum posse fugere ad suos, & hac fuga libertatem consequi, non autem seruum emptitium, nisi vel ad peccatum inducatur, vel inhumaniter tractetur, neque suppetat alia via euadendi periculum. Quo euen- Erod. de Castro, de iust. & iur.

tu libertatem non consequitur, sed cessante periculo redire tenetur, nisi forte tantus fuerit excessus, vt merito libertate sit compendandus.

PUNCTVM XI.

Quibus in euentibus libertatem serui obtineant?

- 1 Expenduntur duodecim euentus in quibus serui libertatem consequuntur.

Primò obtinent serui libertatem quocunque titulo siue gratis, siue pretio accepto à Domino manumittantur. Est ab omnibus receptum.

Secundò si Dominus eos exponat, vel expositionem ab alio factam approbet, vel agrotum deserat, vel alimenta necessaria perseueranter denegat. Vt habetur. cap. vn. de infantibus, & longuudis expositis. leg. 2. & 3. Cod. eodem tit. & 3. Cod. eodem tit. leg. vlt. ff. pro derelicto & leg. unica. §. sed scimus Cod. de latina liberi.

Tertiò si sacris initiatur Domino sciente, & non contradicente. Vt latius explicauimus. tract. de ordine.

Quartò si Dominus seruum adoptet in filium. §. vlt. instit. de ad. p. n. o. b. i. s.

Quintò si sui heredem, vel filiorum tutorem relinquat. §. item quoque inris instit. quibus ex causis manumittit. non licet. & leg. penult. in princ. Cod. de necessariis seruis heredi. instit.

Sextò seruos compulsi à Domino, vt se circumcidat, vel iudaicos ritus sequatur libertatem obtinet. iuxta leg. vnicam. Cod. de Christianum mancip. cap. nulla officia 54. dist. cap. plerique 4. dist. Quod Syluest. verbo Eurium q. 6. extendit ad quodlibet peccatum mortale; cui Rebell. lib. 1. q. 13. consentit. Sed verius est id intelligendum esse adueniente sententia Iudicis. arg. leg. si lenones. Cod. de Episcop. audientia: vbi ancilla ad fornicationem inducta implorato Episcopi auxilio per eum à seruitute liberatur.

Septimò, si Dominus Iudaeus, Paganus, vel Haereticus iurisdictioni temporali alicuius Principis Christiani subiectus seruum emat ad sibi seruendum qui Christianus sit, vel efficiatur Domino in infidelitate perseuerante, eo ipso libertatem assequitur nullo pretio perlato, quam non amittit, tamen postmodum Dominus conuertatur. Habetur expressè leg. Deo nobis. §. His ita Cod. de Episcop. & clericis. Sub hac enim conditione his infidelibus habitatio permittitur in terris Christianorum. Quod si praedicti infideles Christiano Principi subiecti mercimoniis causa seruum infidelem emiserint: ipseque seruos suscipere baptismum vellet libertatem consequeretur solutis duodecim solidis. Quod si ipse seruos eam quantatem soluet nequeat, neque alius sit qui soluat, obligatur Dominus intra tres menses eum venalem exponere, alioquin liber erit. Postquam verò venditioni est expositus, si nullus sit Christianus qui eum pretio supradicto redimat, Domino obsequi debet eo tempore, quo prudentis arbitrio iudicatum fuerit sufficiens ad praedictum valorem compendandus, vel permittendus est elemosinam ad soluendum petere, vel alteri interuere, vt luctum pro sui redemptione comparet. Christiano verò pecuniam soluenti obligatus est obsequi non in perpetuum, sed quousque compenset pecuniam pro se donatam. Vt rectè haec colligit Molina. tract. 2. disputat. 39. ex cap. fin. de Iudaeis, & Saracenis.

Octauò si Dominus ancillam habuit concubinam, & in concubinato vsque ad mortem perseuerauit, tamen tam ancilla, quam filij si quos ex illo genuit serui sint dum viuunt, postquam eos seruos relinquere tum heredi, tum alteri tanquam seruos tradendo; attamen si nihil tale disposuit ancilla, cuiusque filij libertatem comparant. leg. vlt. Cod. communia de manumission. Secus verò erit de ancilla, in cuius concubinato vsque ad finem vitae non durauerit. Vt ex dicta lege colligitur. De filiis verò ancillae probabile est libertatem consequutos. Vt placet Molinae disp. 59. ver. sextus est.

Nono ancilla quae Domino suo nubit esto iure communi spectato, neque ipsa, neque filij eius libertatem consequuntur: vt probat Couarruu. 4. decret. 2. p. §. 7. n. 1. et Authen. de trientibus, & semisse. §. vlt. At spectato iure regni Castellae tam ipsa, quam eius filij liberi efficiuntur. iuxta leg. 1. tit. 13. & leg. 5. tit. 22. part. 4.

Decimò: ratione matrimonij obtinet seruos, vel ancilla libertatem, si contrahant cum persona libera seruitutis gnata, sciente Domino, & qualitate seruitutis non detegente. Vt deciditur Authen. de nuptiis §. si vero ab initio & leg. regia 1. tit. 1. par. 4. Eandem libertatem consequetur ancilla, cui Dominus dotem constituerit, tamen si ille cum nubit seruitutem agnoscat, quia dotis constitutione vt potè propria liberorum hominum censetur eam manumittere. Vt colligitur ex leg. unica §. sed & si quis homini iuncta Authen. ad hoc Cod. de latina libertate